



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Pulchrum dictum homicida ad monachum, qui ea[m] sequebatur, dum
duceretur ad decollandum. Capvt. LXXI.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

iam cum aduenientibus colloquebatur. Cū ergo venissent Barbari, & omnem prouinciam perdati essent, cōtigit eos per locum illum transire. Cūq; vnus ex eis conspecto sene, gladium eduxisset, vt occideret, sublatam in sublime manum vt feriret, demittere nequiuit, sed ea suspensa immobilis perstitit. Quod cū cernerent Barbari cæteri admirati rogabant senem, vt socium eorum curaret. Senex igitur, facta oratione, curauit cum & ita dimisit in pace.

1. Vide magnam orationis virtutem.

Pulchrum dictum homicidæ ad monachum, qui eum sequebatur, dum duceretur ad decollandum.

C A P V T. LXXI.

N Arrauit nobis iterum idem Abbas Palladius, dicens, quod in Arsenoite, quæ ciuitas Thebaidis est, tentus fuerit quidam homicidij reus, qui cū diu cruciatus esset, tandem sententiam decollationis accepit. Cū ergo duceretur extra ciuitatem sex milibus passuum (illius enim etiā perpetrata homicidium) Monachus quidam retro sequebatur, vt illum decollari conspiceret, qui autem ad decollandum ducebatur, cū vidisset Monachum sequentem, ait illi: Nihil, Abba, nō habes cellulam, & opus manuū? Respondit Monachus: Parce mihi, frater, & cellulam enim, & opus habeo. Qui respondens ait illi: Quare ergo non resides in cella, & desies peccata tua? Dicit ei Monachus: verè, frater mi, valde me ipsum negligo, compunctionemq; animæ meæ non habet, & idcirco venio, vt aspiciam te, dum morieris, vt vel sic in compunctionem veniam. Tunc ait illi reus: Vade, frater, per Dominū, sede

in cella tua, & gratias age Sal. nostro Iesu Christo
Ex quo enim ille homo factus est, & pro nobis
peccatorib. mortuus est, homo nō iam moritur.

*1. Eccellam, & opus habeo: Ergo antiqui monachi non
erant gyronagi, & operabantur manibus.*

*Relatio Abbatis Palladij de se ne homicida, qui a
adolescens falso de eodem crimine accusabat.*

CAP V T. LXXII.

EThoc item narrauit nobis ipse Abbas Palla-
dius dicens: Senex quidam, qui homicidium
fecerat, detentus est a magistratu in Alexan-
dria. Qui cum cruciaretur, dicebat, & alium fuisse
secum cædis illius socium. Is autem, de quo se-
nex dicebat, adolescens erat viginti ferme anno-
rum. Multis ergo supplicijs ambo affecti sunt. Et
senex quidem dicebat: Mecum fuisti, quando
perpetraui homicidium. Adolescens vero dene-
gabat, nihil se consciū esse homicidij, neq; cū illo
se fuisse asserēs. Cū ergo cruciati fuissent, senten-
tiam ambo acceperunt, vt furcis suspenderentur.
Abierunt ergo quinto extra urbē milliario, illic
enī huiusmodi reos punire consueuerāt. Distabat
aut ab eo loco ferè vno stadio Saturni templū e-
uersum. Cum igitur ad locū venissent, & popul^o,
& milites, adolescentem primò suspendere in lig-
no voluerunt. Adolescens autem prostratus in so-
lo milites orabat dicēs: Per dominam facite cha-
ritatem, & ad Orientē me suspendite, vt illum vi-
deā, quando suspensus ero. Dicunt ei milites: Quā
ob causam? Quibus adolescens: Verè, domini, mei
non habeo infelix ego plusquā septem menses, ex
quo sanctū baptisma suscepti, & Christianus fact^{us}
sum. Cū hoc audissent milites lachrimati sunt su-
per adolescente. Senex autem, cū hoc audisset,
fremēs grauiter dixit militib. Serapī facite, vt ego
aspici-